Quelle: https://manuscripta.at/?ID=874
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



102

priuatio que negationem. Aliquiens tamen priuationes quecta habent
uocabulo preferunt. ut orbus. cecus. uiduus. Aliquiens cum parti
cula priuationis. ut cum dicimus finitum et infinitum. equale et inequale.
Sed in his equum et finitum in diuisione prima ponenda sunt. priuationes
secte. Ac de oppositione quidem priuationis et habitus. hec dicta sufficiant.
Contrarium autem oppositio dubitatur fortasse. an secundum priuationem
et habitum esse uideatur. ut album et nigrum. An album quidem priuatio nigri
sit. nigrum autem albi. Sed hoc alias. Hunc autem ita tractandum est. tamquam si
sit aliud oppositionis genus. Sicut in predicamentis ab ipso quoque aristotile
dispositum. In contrariis autem generum multa diuisio est. Fere enim cunctas
differentias in contraria ducimus. Sed quemadmodum contraria sunt alia medio carentia
alia mediata. ita quoque diuisio facienda est. ut colorum alia sunt alba. a
lia nigra. alia neutra. Fieret autem omnis diffinitio omnis quoque diuisio
duobus terminis predicatis. nisi ut supra iam dictum est indigentia que sepe
existit in nomine prohiberet. Quo autem in utraque duobus terminis fieret
erit manifestum hoc modo. Cum enim duco animalium alia sunt rationalia a
lia irrationalia. animal rationale ad hominis diffinitionem contendit. Quemadmodum
animalis rationalis unum nomen non est. ponamus ei nomen
A. litteram. Rursus. a. litteremque quod est animal rationale. alia sunt mor
talia alia immortalia. Volentes igitur diffinitionem hominis reddere
dicimus. Homo est a. litteram mortalis. Iam si hominis diffinitio est
animal rationale mortale. Animal autem rationale p. a. litteram
significatum est. idem sentit a. mortale tamquam si diceret. animal
rationale mortale. A. enim ut dictum est animal rationale significat. Sic igitur. a. littera et mortalis duobus terminis facta diffinitio est.
Quod si repperiuntur in omnibus quoque nominibus duobus semper terminis tota
diffinitio obstruetur. Diuisio autem nominibus positis quemadmodum semper in
duos terminos secatur manifestum est. si quis generi et differentiae cum de
est ipse nomen imponat. Ut cum dicimus figuram que sunt trilatere. A
lie sunt equilatere. alie duo latera habentes equalia. alie tore inequales.
Trina igitur ista diuisio si sic preferret fieret duplex. figurarum que
trilatere sunt. alie sunt duo latera tantum equa habentes. alie tria inequalia.
idem omnia. Et cum dicimus rerum omnium alia sunt bona. alia mala. alia

alie sunt equales
alie inequales. Inter
lum —